

M V S C A L A

corporis, & corpora eorum sunt terra eorum. Et fermentum huius aquæ diuinæ cinis est, qui est fermentum fermenti, Commisce ergo aurum cum auro, id est, aquam cum cinere.

Effectus  
fermenti

Item Coniunge spiritum cum terra sua dealbata & calce, quod est suum fermentum, tere & confice totum aqua sua, quo usq; fermentetur, & fiet, ut pasta fermentata. Nam pasta fermentum nihil aliud est, quam leuamen de sua natura. Et sic pulueris fermentum, nihil aliud est, quam aurum & argentum sine quibus completive elixir non peragitur, quia complificans tinturarum & spirituum est. Vnde quod philosophus. Regem nunc vestrum generosum dyadema tretaronatum ab igne honorate.

Decimus gradus dicitur Ex-  
altatio,

Quæ est nostræ magnesiae dealbatæ ingeniosa nobilitatio, quæ est potissime per spiritus augmentationem terræ sublimationem liquefactionis proportionationem elementa rectificata exaltando & ex eis vivificatiue quintam essentiam constituendo.

Vnde Aristoteles. Quando habueris aquam ex aere, aerē ex igne, & ignem ex terra &c. Hæc autem lapis in elementis dicitur finali operationis